Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Hierusalem que edificatur ut ciuitas. Parum dixit ut ostenderet ierusalem. quae dixit ut ciuitas edificatur. Adhuc potest illa corporalis intelligi. Quid si enim existat aliquis et dicat. iam quidem et cum ista dicentur templum dauid et ista caelestis. erat ciuitas illa perfecta. Et videbatur in spiritu ruitura et iterum edificanda? Expugnata enim illa ciuitas et factum est insium in babyloniam populi captiuati. et dicta est ista septies insimul quo in babyloniam. Et ipsa uidit ieremias per septuaginta annos captiuitatis edificari posse illam ciuitatem. quae destructa erat a debellantibus. Forte aut aliquis: Hoc uidebat dominus in spiritu ruituram ciuitatem ierusalem a debellantibus. et non posse per septuaginta annos edificari. et ideo dixit. Ierusalem quae edificatur ut ciuitas. Noli putare illam ciuitatem esse dictam. quae constat ex saxis tantummodo ex lapidibus; uiuis. Quid sequitur. ut tollat omnem dubitationem? Aut enim Stantes erant pedes nostri. in atriis ierusalem. Sed quam dico ierusalem? Numquid istam quam uidetis stare corporeis parietibus; erectam? Non. Sed ierusalem quae edificatur ut ciuitas. Quare non ciuitas est ut ciuitas. nisi ista structura parietum quae erat in ierusalem. uisibilis ciuitas erat. sic quippe dicit ab omnibus; ciuitas. illa autem edificatur tantummodo ciuitas? Quia et illi qui in ea manent. tantummodo uiui lapides sunt. Non enim uere lapides sunt. Sed illi lapides non lapides. sic illa ciuitas non ciuitas. et dixit edificatur. Nomine quippe edificii. parietum structura. compagem; corpora uolunt intelligi. Nam ciuitas propter omnibus; habitantibus; intelligitur. Sed manifestauit nobis ciuitatem se urbem dixisse. et dixit edificatur. Et quia edificium spirituale similitudinem quandam habet ad edificium corporale. ideo edificatur ut ciuitas. Sed dicat quod sequitur. auferat omnem dubitationem. et non carnaliter debemus accipere ierusalem quae edificatur ut ciuitas. Cui participatio eius in idipsum. Iam quidem fratres quisquis erigit aciem mentis. quisquis deponit caliginem carnis. quisquis mundat oculum cordis. eleuet et uideat quod est in idipsum. Id ipsum quomodo dicam. nisi idipsum? Fratres si potestis. intelligite quod est idipsum. Nam et ego quemadmodum dixero. nisi dico idipsum. Contendunt tamen quibusdam affinitatibus; uerborum et significationum. perducere infirmitatem mentis ad cogitandum idipsum. Quid est idipsum? Quod semper eodem modo est. quod non modo aliud. et modo aliud est. Quod quidem est idipsum. nisi quod est? Quid est quod est? Quod continuum est. Nam quod semper aliter atque; aliter est. non est. et non manet. Non omnino non est. Et non est. nisi ille quemadmodum mittebat moysen dicens illi. ego sum qui sum? Quid est hoc. nisi ille cum cum diceret famulum eius. ecce mittis me. si dixerit ipse qui te misit. quid dicam eis. nomen suum noluit aliud dicere. quam ego sum qui sum? Et addiecit et ait. Dices istis; filius israel. Qui est misit me ad uos. Ecce idipsum. Ego sum qui sum. Qui est misit me ad uos. Non potes capere. multum est intelligere. multum est apprehendere. Retine quod potes facere. quae non possis capere: Retine carnem xpi. nunquam leuens egrotos. et aduliis; latronum seminium relicet ad stabulum perducatis et ibi sanentur.
Ergo curramus ad domum dni. et puemamus ad ciuitatem ubi stent pedes nri. ciuitatem quae edificatur ut ciuitas. cui participatio eius in idipsum. Quid enim debes tenere? Quod